

Werk

Titel: D. Jo. Frid. Blumenbachii Institutiones Physiologicae.

Autor: Blumenbach, Johann Friedrich

Verlag: Dieterich

Ort: Gottingae

Jahr: 1821

Kollektion: Blumenbachiana

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN659038048

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN659038048>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=659038048>

LOG Id: LOG_0037

LOG Titel: Sectio XXXI. De Nutritione

LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

—

S E C T I O X X I .

D E

N U T R I T I O N E .

—

§. 454.

Praeter eam sanguinis functionem, quam alias indagavimus, oxygenium (ut quidem verisimile videtur) elementum per universum corpus distribuendi et carbonaceum eius loco revehendi, prima et principalia eius munera eo respondeunt, ut corpori nutrimentum, secretoriis autem organis proprie sic dictis, peculiarem quem ipsi detrahunt laticem, praebeat; de quo dupli officio proxime agendum est; et primo quidem loco de nutritione.

§. 455.

Est autem *nutritio* summum naturae privilegium, et omnium ac singulorum in utroque regno corporum organicorum

communis et princeps praerogativa, qua
machinas et automata humano artificio
confecta, primo statim intuitu mirum
quantum longissime superant, utpote
quorum nulli unquam artifex eam do-
tem indere potest, qua, ne dicam in-
crescere, quasi adolescere, et se ipsam
magis magisque perfectiorem reddere,
verum nec proprio ut ita dicam Marte
se conservare, iacturas detritu sensim il-
latas sibi ipso reparare possit et s. p. *).

§. 456.

Et haec ipsa est corporis nostri facul-
tas nutritia, qua omnes istae summae et
admiranda functiones peraguntur, cuius
nempe ope inde a primis formationis
nostrae auspiciis increscimus, adolesci-
mus, et ad ultimum usque vitae halitum
iacturae qua corpus nostrum, quam diu
vivit, se ipsum ab una parte destruit et

*) "Nutritio sane videtur esse veluti continua
quaedam generatio" pridem monente sagaci-
simo ENT libro supra ad p. 250. laudato.

quasi consumit, ab altera succurritur et medela adfertur *).

§. 457.

Verum de ixiis iacturae ratione diversimode disputatum est, maxime num et ea in solidas corporis nostri partes cadat **), numve potius [quae acuti sene ingenii querundam virorum sententia est ***)] hae postquam semel formatae et adultae fuerint, intemeratae perennent?

*) TH. YOUNG *de corporis humani viribus conservatricibus.* Gotting. 1796. 8.

FLOR. JAC. VAN MAANEN *de natura humana sui ipsius conservatrice ac medicatrice.* Har- derv. 1801. 8.

**) cf. viri summi Jo. BERNOULLI diff. *de nutri- tione.* Groning 1669. 4. qua istam perpetuam et si insensibilem solidorum tum iacturam tum reparationem tanti sessumat, ut quoyis ad summum triennio integrum corpus et destru- otum et denuo renatum dicere liceat.

***) v. J. CHR. KEMME *Beurtheilung eines Beweises vor die Immortalität der Seele aus der Me- dicin.* Hal. 1776. 8.

it. EJ. Zweifel und Erinnerungen wider die Lehre der Aerzte von der Ernährung der fe- sten Theile. ibid. 1778. 8.

§. 458.

Et de quibusdam quidem partibus similaribus solidis, epidermide v. c. unguibus etc. nullus plane dubio locus est, quin vere sensim et destruantur et reparentur; sed et de ipsis ossibus rem extra dubitationis aleam positam videri patebit, vel notissima experimenta consideranti, in animantibus calidi sanguinis, rubiae tinctorum radice pastis instituenda, aut osseum planorum, praesertim calvariae, quae in summo senio ob iniquiorem nutritionem, mirum subinde in modum attenuantur, et s. p. *).

§. 459.

In universum autem, si quid recte video, eae partes solidae ita et sensim deteri et nutriendo perfecte restitui videntur, quibus quoque *vis reproductiva* insita est, miranda nempe facultas non perpetuum tantum istum atomorum secundum naturam detrimentum, sed et

*) De hac osseum mutabilitate pluribus egi in operis osteologici ed. 2. pag. 26. et al.

maiorum partium fortuitam iacturam, iniuriis praesertim externis, vulneribus etc. illatam, reparandi et deperditam substantiam perfecte restaurandi, quam in ossibus *), paucisque aliis quas modo diximus partibus evictam et confirmatam novimus.

§. 460.

E contrario vero genuina haecce *reproductiva vis* quantum post plurima tentamina quae eo fine institui concludere mihi licet, in homine aliisque calidi sanguinis animantibus vix ulli parti solidae similari revera et perfecte concessa videatur, quae *praeter contractilitatem alio vis vitalis genere gaudet; irritabilitate nempe, aut sensibilitate, aut denique vita propria* **).

*) v. post alios G. L. KOELERI *experimenta circa regenerationem ossium.* Gotting. 1786. 8.

ALEX. HERM. MACDONALD *de necrofi ac callo.* Edinb. 1799. 8.

**) Ne quidem corium vere et perfecte reproduci non tantum aeviternae eius *cicatrices testari*

§. 461.

In hisce ergo partibus (huiusmodi viribus vitalibus altioris quasi ordinis gaudentibus) idem semper ac perpetuum perennare mihi videtur parenchyma, basin earum partium constituens; eatenus tantum vicissitudini cuidam obnoxium, ut vigente nutritione interstitia fibrarum et parenchymatis nutriente gelatina animali iugiter repleta turgeant; iniquius vero procedente nutritione eadem inter-

videntur (nam de his adversarii contendunt non materiem ipsarum perennare, sed saltem formam, quae nempe perpetua appositione novarum particularum in locum absorptarum et detritarum conservetur) sed multo magis lineae et figurae acupunctura in cutem pictae singulari artificio, quod barbara Utahitenium voce *tatoware* dicitur, et multifariis pigmentis, carbonaceo inquam pulvere, cineribus, fuligine, aut plantarum succis, aut felle bubulo etc. colorem perennem, modo caeruleum, modo rubrum corio impertit, aequae perennem ac ipsae quibus tenacissime inhaerent ciaticulae; cum contra rubiae tinctorum pigmentum cuius modo meminimus, ex ossibus, perpetuae renovationi obnoxiis, facilissime et brevi temporis spatio resorbeatur.

stitia gelatina ista orbata collabantur
quasi, hincque partes gracilescant.

§. 462.

Plastica enim lympha, de cuius dignitate alias pluribus dictum est, uti ipsa facile in cellulosa telam abit, ita et in universum principem materiem corporis et gluten quasi animale constituere videatur, gelatinae istius ope valendum et nutriendum.

§. 463.

Tunc vero maxime quamdiu corpus increscit, propriae quoque accedere videntur vires, quarum ope lympha ex vasis sanguiferis in cellulosa deposita, rite distribuatur, cuvis proprio parenchymati intime quasi assimiletur etc. quo, ni fallimur, partim affinitatis quaedam lex pertinet, cuius ope partes similares ipsae sibi homogenea et maxime affinia elementa attrahunt et quasi appropriant; partim vero nisus ille formativus, de

quo infra pluribus dicendi locus erit, et cui elementaris huius materiei hactenus informis iusta applicatio et in statutam figuram efformatio tribuenda videtur.

§. 464.

Ad utramque hancce vim, si quid recte video, referenda quoque maxime est nutritio eiusmodi partium similarium, ad quas ipsa vasa sanguifera proxime non pertingunt, ut ungues, pili etc. et nihilominus tamen potentissimo et vere infallibili nisu primo generantur, tum increscunt et per totam vitam aluntur, denique et, si casu labantur, facillime denuo reproducuntur *).

*) v. *Zwo Abhandlungen über die Nutritionskraft welche von der Acad. der Wiss. in St. Petersburg den Preis getheilt erhalten haben. Petrop. 1789. 4.*

DE GRIMAUD Mém. sur la Nutrition qui a obtenu l'acceſſit. ibid. eod. 4.

STEPH. J. P. HOUSSET de eodem argumento (ad eandem Academiam) in EJUSD. Mémoires physiologiques et d'hist. naturelle. Auxer. 1787. 8. T. I. pag. 97.

§. 465.

Uti vero haec quam diximus in universum nutritionis ratio esse videtur, ita ab altera parte multifarias eiusdem gradum et modum intercedere varietates constat, ubi praesertim a laxiore aut strictiore materiei nutritiae appositione varia ipsarum partium similarium densior aut tenerior compages et hinc porro varium universi corporis pondus specificum *) pendere videtur. Circa quod ut hominem ab homine ita etiam gentes nonnullas a gentibus differre notum est: cuius rei documento unicum saltem borealium quarundam gentium Jakutarum, Buratarum etc. exemplum in medium protulisse sufficiat, insigni et plane singulari corporis levitate conspicuarum.

*) J. ROBERTSON *on the specific gravity of living men in philos. Transact.* Vol. L. P. I. p. 30 sq.